



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

6. Justis votis &c. Confirmat Stephano Episcopo Augustodunensi universa
privilegia Norigaudo pridem concessa.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

Lamberti Atrebatensis Episcopi, Humberti Silvanectensis Episcopi; Abbatum quoque, Adæ Parisiensis, Olicri similiter Parisiensis, Rainaldi de Prato sancti Germani Parisenensis, Rainoldi nihilominus Stampensis, Archidiaconorum etiam qaamplurimum, & honorabilium Clericorum, & Laicorum, non parva multitudine inibi consistentium. Talitar itaque ex Apostolicae sedis auctoritate reincorporatus est Philippus Rex Francorum Sanctæ Catholicae Ecclesiae matri sua IV. Nonas Decembribus indictione XIII. Anno autem Dei Christi MCIV. Pontificante vero in sede Romana Paschalis Papa II. anno sexto.

V.
Ex Marcâ
His p. Petri
de Marcâ
Col. 1243.
Edita An.
Dom. 1115.

Berengardo Gerundensis Episcopo privilegia quæque confirmat.

PASCHALIS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Berengario Gerundensi Episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Exordium.

Privilegia
possessiones
que confir-
mat.

Sicut injusta poscentibus nullus tribuendus est effectus sic legitima desiderantium non est differenda petatio.

J. 1. Tuis itaque, frater in Christo carissime Berengari, precibus annuentes, ad perpetuam sanctæ Gerundensis Ecclesiae pacem ac stabilitatem praesentis decreti auctoritate sancimus ut universi parochiae tuae fines, sicut à tuis antecessoribus usque hodie positi sunt, ita omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur qui videlicet fines à meridie Barchinonensis, ab oriente Asonensis, ab Aquilone Urgellenis & Helenensis parochiae limites tangunt, ab occidente in mare pertingunt. Confirmamus etiam eidem Gerundensi Ecclesiae universa quæ ad eam in praesenti indictione VIII. videntur legitimè pertinere, & quæcumque in futurum justè atque canonice poterit adipisci. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus farigare. Sed omnia integra conserventur tam tuis quam Clericorum, & pauperum usibus profutura.

Perturbari
vexationi-
butique fati-
gari vetat.

Interdic-
tione liceat
Clericis
præbendas
possessiones
relinquere.
ut si vendica-
re posquam
eos ad alias
præposituras
transire con-
tingerit.

Sanctio
pœnalis.

Pax Servan-
tibus.

J. 2. Illud autem omnino interdicimus, ne liceat ejusdem Ecclesie Clericis præbendas aut possessiones ejusdem Ecclesie retinere, & suis usibus vendicare postquam eos ad Episcopatum vel Abbatiam vel alias præposituras aliarum Ecclesiastarum transire contigerit.

J. 3. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica

Secularisve persona hanc nostræ Constitutionis

paginam sciens, contra eam temere venire ten-

taverit, secundo tertiovè commonita si non

satisfactione congrua emendaverit, potestatis

honorisque sui dignitate caret, reamque se

divino iudicio existere de perpetrata iniuritate

cognoscat, & à sacratissimo corpore, & san-

guine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu

Christi aliena sit, atque in extremo examine dis-

tricta ultioni subjaceat, Cunctis autem eidem lo-

co juxta servantibus sit pax Domini Nostrí Jesu

Christi quatinus, & hic fructum bonaæ actio-

nis percipient, & apud dictum judicem præ-

mia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiae Episcopus

subscripti.

J. 4. Data Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii XI. Kal: Februarii Indictione VIII. Incarnationis Dominice Anno MCXV. Pontificatus autem Domini Paschalis secundi Papæ anno XVI.

Confirmat Stephano Episcopo Augustodunensi universa privilegia Norigando pridem concessa.

PASCHALIS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili fratri Stephano Augustodunensi Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

J. Ustis votis assensum prebere, justisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licet indigni, justitiae custodes atque præcones in excelsa Apostolorum principum Petri, & Pauli specula positi, Domino disponente conficiuntur.

J. 1. Tuis igitur, frater in Christo carissime Stephane, justis petitionibus annuentes, Sanctam Augustodunensem Ecclesiam, cui Dominu autore præsidet, Apostolicae sedis auctoritate munimus.

J. 2. Statuimus enim, ut oppida, villæ, seu Ecclesia possessionesve, quas predecessoris rui Aganonis temporibus, Augustodunensis Ecclesia tenuit, tibi quoque ac successoribus tuis quietæ, firmæ, & integræ conserventur. Cætera etiam quæ eidem Augustodunensi Ecclesiae pertinuerint, vel recuperata vel adquisita sunt, videlicet Ecclesia Sanctæ Mariæ, & Sancti Lazarus de Avalone, & Castrum Toilonum cum eorum pertinentijs, vel in futurum per Dei gratiam recuperari vel adquiri justè legitimèque contigerit, quieta semper integra in ejusdem Ecclesie jure ac possessione permaneant.

J. 3. Decernimus ergo ut nulli omnino licet eamdem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus farigare. Sed omnia integra conserventur tam tuis quam Clericorum, & pauperum usibus profutura.

J. 4. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sacerdotalisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiovè commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate caret: reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine disticta ultioni subjaceat, Cunctis autem eidem Ecclesia justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatinus & hic fructum bonaæ actionis percipient, & apud dictum judicem præmiam æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiae Episcopus subscripti.

Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii II. Idus Martij Indictionis IX. Incarnationis Dominice Anno MCXVI. Pontificatus autem Domini Paschalis secundi Papæ anno XVII.

Data XV.
Kalend. Fe-
bruarii An-
no Pontifi-
catus XVI.

VI.
Et Labbe
T.X. Concil.
pag. 662.
Edita A.D.
1116.

Exordium.

Augusto-
dunensem
Ecclesiam se-
dis Apostoli-
cae auctorita-
te munit.

Possessiones
confirmat.

Possessores
que pertur-
bati vetat.

Poena con-
traventum.

Pax & be-
neficij ob-
servantibus.

Data 2. Idus
Martij Pon-
tificatus An-
no. XVII.